



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

PELAGIVS C. NARBONENSE. MAVRICIVS IMPERATOR.
P. II. RECCAREDV REX GOTH. 145

ANNO
CHRISTI
589.

NOTA IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

[Post excessum beatae Radegundis.] Obiisse feria quarta die 13. Augusti beatam Radegundem omnes consentiunt, eumque Childeberti annum fuisse duodecimum auctor est Gregorius Turonensis libro 9. cap. 2. Et feria porro, & annus Childeberti, annum Christi prorsus indicant 587. Quare hoc anno illam obiisse statuendum est. Qui enim ad annum Christi 592. eius obitum reiciunt, non animaduerunt ipsam Gregorii historiam, cum in 16. Childeberti anno desinat, ad hunc quem volunt annum Christi non procedere. Qui ergo potuit Radegundis mortem, cui interfuit, tot ante annis commemo rare, si nondum obierat? Maneat ergo, & anno quo diximus excessisse, & tumultum hunc monialium, qui biennio post secessus est, in annum Christi 589. incidisse, quem adscriptissimus.

* CONCILIVM ^b NARBONENSE
** RECCAREDI GOTHORVM IN HISPANIA
regis tempore celebratum, sub die Kalendarum No uembrium, æra DCXXVII. hoc est anno Christi DXXCIX.
Pelagii iunioris papæ XII. Clotarii II. regis VI.

TITVL CANONVM.

- I. *Vt clerici purpureis vestibus non induantur.*
- II. *Vt insine cuiusque psalmi, & per interualla maiorum, gloria dicatur.*
- III. *Vt clerici per plateas non sedent, nec confabulentur.*
- IV. *Vt dies dominicus ab omnibus obseruetur, & nulla eo die fiant opera.*
- V. *Vt clerici a conspirationibus abstineant, & qui inferioris sunt gradus in superiorum ne insurgant.*
- VI. *Vt cum clericis, qui ob culpas in monasterium retruduntur, sic agat abbas, vt ab episcopo fuerit constitutum.*
- VII. *Vt clericus qui aduersus ec- Concil. Tom. 13.*
- VIII. *Vt clericus qui de rebus ecclie fraudem fecerit, restituat, & pænitentia subiiciatur.*
- IX. *Vt Iudeis mortuos suos psal lendo deducere non liceat.*
- X. *Vt clericus episcopo non obediens Stipendio careat, & communione priuetur.*
- XI. *Vt absque literis qui est idiota non ordinetur.*
- XII. *Vt nullus clericus, dum Missa celebratur, de altario ante finem egredi audeat.*
- XIII. *Vt clerici omnes senioribus suis subiaceant, et illis exequenti bus, atque ingredientibus vela subleuent.*

T

146 PELAGIVS C O N C I L I V M M A U R I C I V S I M P E R A T O R .
P. II. R E C C A R E D V S R E X G O T H .

XIV. *Vt qui sortilegos consulunt pauperibus erogetur.*
excommunicentur, & pecunia multentur: qui vero sortes faciunt, venumdentur, & precium
XV. *Vt quinta feria, nisi aliqua festivitas in eam incidat, feriari & cessare non liceat.*

ANNO
CHRISTI
389.

P R A E F A T I O .

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno feliciter quarto regni domini nostri gloriosissimi Reccaredi regis, Narbonæ, Migetius, Sedatus, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus, & Sergius, episcopi Galliæ prouinciæ, Concilia sanctorum antiquorum patrum, vel decreta obseruare cum Dei timore cupientes, nos in vrbe Narbona, secundum quod sancta Synodus per ordinationem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis in vrbe Toletana definiuit, die Kalendarum Nouembris Deo auspice in vnum conuenimus, & aliquanta, quæ iuste & pie sunt edita, & per patrocinationis potestatem non supplebantur, ad memoriam nunc temporibus Domini nostri sub præfationibus deducentes recapitula-re fecimus: & quæ pro regula, & fidei catholicæ disciplina adhuc visa sunt, communi tractatu elegimus conscribenda, & Canonibus definiuimus adiungenda: quæ tenore capitulorum subsequenter euidenti iure declara-rantur.

C A N O N E S .

I.

Hoc regulariter definitum est, vt nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad iactan-tiam pertinent mundalem, non ad religiosam di-gnitatem; vt sicut est deuotio in mente, ita & ostendatur in corpore: quia purpura maxime laicorum potestate præditis debetur, non religiosis. Quod si quis non obseruauerit, velut transgressorem legis coercendum.

II.

Hoc itaque definitum est, vt in psallendis ordini-

